



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

XIX. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

B. Maria Magdalena Teutonica Ordinis servorum B. V. vocationis suæ mensuram explevit, imò superavit, nec enim servili metu, sed amore filiali in Virginem rapiebatur, nunquam illi jucundius, quàm cum se Deiparæ servam esse meminisset. *In Vita.* O quam vana nunc hominum iudicia!

B. Magdalena ora pro me, ut non cum perturbatione timoris, nec ullius præmii spe, sed ob bonitatem eximiam Deiparæ serviam; ejus servituti ex nunc iterum cor & animam addico, hoc uno lætus & satur, si dignus habitus fuero, qui Mariam amem. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus, centies millies, imò infinities te saluto: te omnî possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: Optabo hodie, ut singuli arteriæ ictus totidem sint Mariani amoris actus.

Dabit B. V. dona hominibus, quidni daret? siquidem nec facultas ei deesse poterit, nec voluntas. Regina cœlorum est, misericors est. Denique est Mater unigeniti Filii Dei. *S. Bern. ser. 1. de Ass.*

Quæstio: Cujus coloris capillum Deipara habuerit? *v. Carth. l. 2. hom. 5. n. 20.*